



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 59. Hæc Conjuratio extremo perduellium supplicio extincta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

§. LIX.

Sæc. XVII.
A. C. 1614.*Hæc conjuratio extremo perduellium
supplicio extincta.*

Jamjam quartum decimum Mensem
Fettmilchus Aschaffenburgi in cate-
nis trahebat: interim vero tam Fran-
cofordiæ, quam Hœchstæ, sito cis Mæ-
num oppido, in omnes, qui conjuratio-
nis studia quovis pacto juvissent, sedu-
lo inquisitum, paulatimque comprehen-
si ferme omnes, diversis in custodiis
detenti. Tandem vero die vigesima sexta
Februarij anno Salutis nostræ millesimo
sexcentesimo decimo sexto Francofordiæ
ferale pegma erigitur, edicto præmo-
nitis per præconem universis, ut toto
supplicii die quiete se suis in domibus
æque ac publice in plateis continerent,
nec armis muniti ad spectaculum acce-
derent. Biduo post in quodam curru
Fettmilchus, in proximo Schoppius
fartor, ejusque famulus, in tertio Adol-
phus Cantor, & Petrus Mutschierus,
in postremo denique Gerngrossius, Her-
manus Capra itidem fartor unacum fi-
lio suo undecenni puero vecti, ac mili-
tibus stipati Hœchsta, ubi captivi con-
venerant, Francofordiam ad supplicii
locum devehuntur, quibus pro tenui ad-
modum famelici stomachi solamine pa-
nis frustulum, quod *Cœnam Dominicam*
appel-

Sæc. XVII. appellant, Prædicantes porrigebant:
 A. C. 1614. quo factò tres conjurationis principes,
 Fettmilchus, Schoppius, & Gerngrof-
 sius ad supplicii pegma deducuntur, ubi
 promulgata per scribam Prætorii mortis
 sententia, amputatis triumvirorum rebel-
 lium unicuique binis digitis, decutiun-
 tur & capita, corpora in quatuor par-
 tes scinduntur, ac Fettmilchi ædes
 fundamentis ab imis eruuntur, erecta
 ibidem infami pila lapidea. Sub hæc,
 ad alios seditionis conscios factò supli-
 ciorum transitu Ebelius tinctor, Alphon-
 sus Cantor, Lupus restio, & Capra
 Sartor capite plectuntur, quorum ca-
 davera simul & capita sub patibulo con-
 tumulata fuere. Postea novem alii con-
 jurationis promotores renudatis ad pla-
 gas doris virgarum ictibus in exilium
 e Moguntina Diæcesi, Hassiæ finibus,
 & Francofordiæ mænibus extorres pro-
 pulsi sunt. Pari ejectionis pœna alii
 turbatores octo, condonato tamen vir-
 garum supplicio, mulctati fuere: eadem
 vero hora Judæi antea per vim expulsi
 auctoritate publica in urbem reducti sunt.
 Hunc igitur finem habuit nefanda hæc
 seditio, ab iis conflata Protestantibus,
 qui dum nec religionis nec honestatis
 debitæque summisionis frœno aut pœ-
 narum metu coerciti, Cæsarem, Princi-
 pes, Magistratum, & omnia demum
 jura

jura vilipenderant, tandem hanc unicam justitiæ laudem in suo interitu reportarunt, ut licet nunquam bene stetitissent, dicantur tamen jure, quam optimo cecidisse.

Sæc. XVII.
A. C. 1614.

§. LX.

*Liber Francisci Suarez Jesuitæ in
Parisiensi Senatu denunciatus.*

Interea dum hi tumultus in Germania
ferverent, nondum in Galliis deferverat æstus, quem Curix Parisiensis Senatores adversus Jesuitarum libros concitaverant. Credebatur autem iteratæ hujus vexationis occasio ortum habuisse ex injuria Richerio olim Syndico recens illata; postquam enim hic, ne Patres Oratorii ad Parisiensem Academiam reciperentur, totis viribus oblectatus esset, Berullum hujus Congregationis Fundatorem graviter offendit; inde vero Richerii existimatio adeo inclinata videbatur, ut Pontificis Nuntius, instigantibus, ut ferebatur, Jesuitis intrepide Regem ac Reginam Fontis bel-laquei adiret, supplex, ut Richerius vel in Galliis summo Pontifici satisfaceret, vel captus Romam deduceretur: quinimo in secreto Senatu, cui Esperonius Dux præerat, jamjam conclusum erat, ut ipse Lochiensi turri includere-

*Argentre
Concl. & jud.
Facult. tom.
2. p. 86.
Abrege de
V. hist. Ec-
cles. tom. 10.
art. 4.*

Hist. Eccles. Tom. LV.

Z

dere-